

domini P. absentia / per aliquos dies nullum preiudicium vel dispendium generetur. /

14.

Ein gewisser I. dankt einem F. für dessen Brief und versichert ihn seiner und seines Bruders Ergebenheit.

Hs. fol. 2^v.

Verius fratri quam socio suo F. suus I. / salutem et boni cuiuslibet perseverantiam et augmentum. / Alias vobis sperans forsan, si commoditas aderit, scribere latius, / breviter nunc gratias, nec immerito, rependo multiplices vobis, qui / moti affectione fraterna, me vestris litteris et pulcris prola/tionibus uberius visitastis; quique fratrem meum et vestrum admodum / frat[ernis] tractantes affectibus nichilominus utilibus et placidis affec/tibus honorastis. Cognosco siquidem quod nos [...] per consequens / omnes nostros vultis obligare, propterea^{a)} vestris gestibus gratiosis. / Verum quia video fratrem et me ad digna rependia insufficientes / existere, instanter precor, quatenus, et si facto non val<ent>es, fide tamen et de/votione benivolos, reputetis nos perpetuo vobis fratres in vestris / beneplacitis quantum impotentia nostra poterit exercere. /

15.

Guilelmus de Baleto, Rektor der Campagna und Marittima, ernennt den Magister P. de Alatro zum Notar seiner Kurie.

Hs. fol. 2^v.

(1318—1322)

Guillelmus de Baleto¹⁰⁾, Campanie Maritimeque in spiritua/libus et temporalibus rector, discreto viro magistro M. de Alatro / notario salutem. In tue fidei puritate ac legalitate sinceritatis / confisi, te ad officium notariatus¹¹⁾ curie nostre usque ad nostrum beneplacitum duximus assumendum, mandantes tibi sub debito prestiti iuramenti quod, ad ipsum presidatum te personaliter conferens, officium tibi /

a) Text offenbar verderbt.

¹⁰⁾ Vgl. oben S. 142.

¹¹⁾ Am 22. September 1321 erteilte Johannes XXII. dem Rektor der Campagna u. Marittima, Guillelmus de Balaeto, die Lizenz, vier Klerikern das Tabellionat zu verleihen (*Lettres communes de Jean XXII* 1480).